



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

*Apostol.
dicit.*

PRæcipe, inquit, ut viduæ irreprehensibiles sint. Viduæ eligatur non minus XL. annorū: in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, &c. Adolescentiæ viduæ deuita. Quum enim luxuriatæ fuerint, in Christi nubere volunt, habentes damnationem, quia primam eadem irritam fecerunt: simul & ociose loquentes quod non oportet. Volo ergo iuniores nubere, procreare filios, multas familias esse, nullam occasionem dare aduersario, maledicti gratia. Iam enim quædā cōuerse sunt retro Saraceni.

*De sceminis quarum mariti obierint, ut non citò
se velent. Cap. XLII.*

*Ex cōcil.
Aureliã.
cap. 5.*

DE sceminis quæ viros amittunt, placet ne se sicut habentenus indiscretè velent, sed triginta dies post decessum viri sui expectent. Et post tricesimum diem per cōsiliū filium episcopi sui, vel si episcopus absens fuerit, cōsiliū aliorum religiosorum sacerdotum, suorumque amicorum id quod eligere debent eligant: & ut rogetur princeps sacro conuentu, ut hi qui publicam egerunt pœnitentiam & sceminæ quæ viros amittūt, sua autoritate donec debeant quid agant rueantur, & specialiter pro his capitula fieri, & legis mundanæ capitulis inferenda decreuimus.

*Vt viduitatis professio coram episcopo fiat.
Caput XLIII.*

*Ex cōcil.
Arausi.
cap. 6.*

Viduitatis seruandæ professionem coram episcopo vel secretario habitam, imposta coram episcopo vel viduali, non esse violandam, ipsam talis professionis defensoricem, meritò esse damnandam decernimus.

Vt nullus veter vel iubeat viduas vel virgines nubere. Caput XLIIII.

*Ex cōcil.
Toletan.
cap. 10.*

PRO consulto castitatis, quod maximè hortamur cōsilio proficere debeat, annuente glorioso domino nostro Recaredo rege, hoc sanctum affirmat cōcilium, ut viduæ quibus placuerit tenere castitatē, nulla vi ad nuptias iterandas venire cogantur. Quòd si priusquam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubāt quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur, nec contra voluntatem parentum vel suam cogantur maritos accipere. Si quis viderit